



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 51. Galli ex Italia pulsi, in reditu ferme omnes mortui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

usus illos detinuit, captosque Neapolin Sæcul. XVI.
A.C. 1504.
abduci, ibique in Castro novo includi
jussit, quæ cavillatio æquitati haud in-
nixa, ac tam strenuo Belliduce prorsus
indigna fuit. Eidem quoque crimini da-
batur, quod præcipiti nimium consilio
Gallis deditiois pacta indulisset; enim-
vero, si moram traxisset, Gallorum re-
bus pessime constitutis, facile eos com-
pelle potuisset, ut iniquissimas etiam
conditiones pro ejus arbitrio illis impo-
nendas acceptarent.

§. LI.

*Galli ex Italia pulsi, in reditu ferme
omnes mortui.*

Postea deditiois legibus utrinque fir- Marian. 116.
28. n. 36.
matis, qui maritimo itinere in Gal-
lias redire jubebantur, navigia in portu
fluctuantia conscendebant, quos inter
Albius cum ducentis militibus numera-
batur, ceteri terra revertebantur, secu-
ritatis literis fide dignissimis muniti; ast
potissimi eorum itineris laboribus ac mi-
seriis consumpti expirarunt, qui vero per
mare navigabant, vario morborum ge-
nere obruti, atque in Provinciam appulsi,
ferme omnes perierunt: Salutiarum etiam
Marchio Genuæ decessit; Sandricurtius
vero, necnon Divionensis & Montanæ
in Burgundia ditionis Prætores eadem
mortis

Secul. XVI. A.C. 1504. mortis invidia sublatis sunt, verbo, quotquot in hoc bello dimicabant, adeo debilis, imo penitus corruptæ valetudinis erant, ut ferme omnes anno necdum evoluti misere extincti fuerint. Gallorum ex Italia ejectorum ignominia, eorumque miseranda morte Ludovicus XII. tantopere affligebatur, ut plures dies sine ullius hominis alloquio transigeret; post hæc vero nonnulli primæ nobilitatis Ministri amissa Regis gratia aula exulare jussi sunt; Heruetius quoque Regii exercitus Questor, quod Rex in eum totam infelicitatis suæ culpam coniecisset, capitali supplicio mulctatur, ac Ludovici jussu edictum promulgatur, quo se deinceps nullius Locum-Tenentis opera usurum, sed semetipsum copiis suis imperaturum, declarabat.

§. LII.

Totum Neapolis Regnum a Consalvo subactum.

Marian. ib.
num. 38.

Consalvus expugnatae Cajetæ gloria illustris, urbis Imperium Ludovico de Herrera detulit, totusque in eo fuit, ut continuato victoriarum cursu universum Neapolis Regnum armis suis subiceret. Jam Bituntini Marchionis arces, urbesque, necnon Ludovici Arfii, & Capachoni Comitum, qui Laurini sese include-